



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Onvs Ecclesiae. In hoc libro ... admiranda quædam ac
planè obstupenda, de septem ec-
clesiæ statibus,
abusibus quoq[ue] grauissimis, & futuris eiusdem
calamitatibus ex sanctor[um] pro-
phetijs & ...**

Pürstinger, Berthold

Coloniæ, 1531

VD16 ZV 12498

De ligatione & solutione diaboli Cap. 17

urn:nbn:de:hbz:466:1-29969

J.c.66. pro.
J.c.40. §.9
Tho.1. pt. q
94. ar. 2. dif.
7. q. 1. art. 2.
& in de veri.
ma. 24. ar. 10
J.c.16. in fi.
& J.c.54. §.3
J.c.14. §.9
& J.c.54. §.3
J.c.16. & J.c.
18. §.6. & J.c.
c.35. §.13
J.c.40. §.4
J.c.16. §.4
& J.c. ca. 42.
§.5.
J.c.67. §.2.
in fin.
J.c.15. §.18.
& J.c.56. §.8
J.c.49. §.11
J.c.9. §.1. &
J.c.18. §.7
J.c.31. §.7
Tho.4. dif.
11. q. 1. art. 1.
q. 1.
J.c.6. §.6. &
§.12. & J.c.
39. §.5
J.c.6. §.5
J.c.2. §.7 &
J.c.14
Tho.3. pt. q
30. ar. 3. ad 3.
idem in po-
fill. 2. Cor.
11. lectio. 3
J.c.15. §.7
& J.c.27. in
princ.
J.c.15. §.33
& J.c.6. §.5
J.c.6. §.3. in
fine.

X § Post Antichristum incipiet septimus ecclesie status, de quo dici est differendum vsque ad finem operis, donec partim completa fuerit materia circa presentes quintum & sextum status colligenda. In quo quidem iam utroque statu concurrente, ob imensa flagitia nostra, Diabolus censetur esse solutus ad im-

Psal. 77

De ligatione & solutione diaboli.
Ca. XVII.
Ligatio diaboli bifaria est: vna quoad seipm, qua vinculis aeternae damnationis ligatus est, quia in suo libero arbitrio continuè ad malum obstinatus est, vinctus in mendicitate & ferro. De altera quoad homines diaboli ligatione loquit dñs, dicens: Quis intrat in domū fortis, vt vasa eius eripiat, nisi prius alligauerit fortem. Super qua sententia Augustinus tenet, qd Christus diabolum alligauerit sic vsq; ad magni Antichristi aduentū. Tamen malitia praesentis tps videlicet quinti & sexti statuum (quos modo agimus) tā manifeste exprimitur in cātu quintae & sextae tubae: in omnibus quoq; quinarijs & senarijs Apocalypsis declarant tam arduae calamitates ob nostra facinora in proximū futurā, vt iam diabolus (cui à deo data est clavis abyssi) credat esse solutus ad immis- sionē malae, tum ad tentandum nos vehementius, tum etiā ad tribulandum ecclesiam & eius membra crudelius. Sunt nāq; spiritus qui ad vindictam creati sunt, & in furore suo confirmauerunt tormenta sua, & in tempore consumptionis effundent virtutem & furorem eius, qui fecit illos, confundent.

Psal. 106

Matth. 12

20. de ciuit. dei. 8.

Apo. 9

Psal. 77

Ecci. 39

J.c. 5. §. 4. & J.c. 5. §. 25 & Ca. Senē. c. 37. in fi.

Vbertinus Iohā. 12

Luca. 11

Iohā. 14.

15. de tri. 19.

Ephē. 4

Psal. 67

Cat. Senē. 37. & ca. 43. & 81.

Tho. 1. par. q. 10. 14. art. 1. & 2.

2. Cog. 11

Cat. Senē. c. 71. & c. 106.

Luc. 1

Lucā. 11

Hiere. 12

Gen. 4. & c. 21. & 27.

Coloss. 1

Mat. 8. & 10

I § Vbertinus arbitratur, quod licet diabolus semper fuerit princeps huius mundi, postquam ei homo se peccando subdidit, tamen eiusdem diaboli potestas fait ligata in aduentu, vel potius in morte Christi dicentis: Nunc princeps huius mundi eicitur foras: nam cum fortis armatus, id est, diabolus custodit atrium suū in pace sunt ea quae possidet: si autem fortior eo, scilicet Christus superueniens vicerit eū, vniuersa arma eius auferet, in quibus confidebat, & spolia eius distribuet. Fecit princeps quidem huius mundi in Christo non habet quicquid. Hinc Augustinus ait: Dominus Christi in ecclesia edificat de hominibus qui sunt eruti à diabolo, à quo captiui tenebantur. Hanc enim captiuitatē Christus captiuauit qui diabolum vicit. Et ne sua membra secum traheret in aeternū supplicium cum prius iustitiae, deinde potentie vinculis alligauit ipse Christus, qd educit vinctos in fortitudine. Et ascendens in altū cepit captiuitatem, id est, diabolū. Considerandū autē est, quod diuina iustitia ordinat demones ceu lictores, vt animas in purgatorio crucietes: in inferno aeternaliter cathenas. In presenti vero seculo reprobos, aut delictijs, aut supplicijs occupent: electos tentent atq; molestant, in certamine victoriā, & deinde brauium beatitudinis reportaturos. Satanas praeterea se in angelum lucis frequenter transfiguratur, vt homines suo mendacio credant. Exemplo fuit Antonius heremita, quē dominus permiserat à dæmonibus acriter diuexari, vt spectaret certamen viriliter dimicantis. Is quoque aliquando vidit diabolū corpore celsum, qui se dei virtutem & prouidentiam ausus erat nūcupare. An autem visio sit boni, an mali angeli, deus dat Catharinæ Senē. euidens signum, dicens: Cum diabolus visitat animam in forma lucis, eius primo aduentu anima hilarescit, successu defficit: ex angeli vero boni visitatione in primis contremiscit, sed successu securitatem sentit. Sic beata virgo ad ingressum angeli turbata est, sed hac turbatione animosior facta in montana, abijt.

II § Dum diabolus atrium suum, id est, terrenū orbem in pace sua possedit non solum ipse in mundo dominatus est, sed etiam sui satellites. Ex eo maligni homines frequenter in hoc seculo (quemadmodum in praesenti sit ecclesia) principatum obtinuerunt, bonosq; subegerunt: sicuti Cain, Ismahel, & Esau, suos fratres, Abel, Isaac, & Iacob, sunt persecuti. Quando autem Christus liberauit nos à diabolo potestate, tunc ille non poterat sanctos patres in limbo ulterius detinere, nec illas animas bene morientium perducere, nec impedire Gentium ad Deum verum conuersionem, vt prius à tempore Idololatriae, vsque ad denuntiationem Euangelij fecerat. Christus etenim verbo spiritus immundos eiecit, atq; eosdem eijciendi potestatem discipulis dedit. Et sic diabolus à tempore primi Ecclesiae status,

DE LIGATIONE ET SOLVTIONE DIABOLI.

status, vsq; ad quintum statum, per merum donum diuinæ misericordiæ pro electis prædestinatis fuit ligatus, in quos ipse pro sua maliuolentia minus, quam antea vel postea, pmittebatur sæuire vel in peccata precipitare, prout nunc sæpe contingit. Ideo dicitur Christus morte sua vicisse diabolum, vt vinceret gentes infideles per prædicationem Apostolorum.

Apo. 5. & 6.

III § Ad hoc conducit Augustini sententia dicentis, quod Christus vitæ mediator à suis fidelibus foras misit diabolum mortis mediatorem, vt in eis non regnaret intrinsecus, & licet forinsecus eos oppugnet, tamen non expugnat. Christus igitur seipm tentandum præbuit, vt ad superandas etiam tentationes mediator noster esset, non solum per adiutorium, verum etiam per exemplum, per exteriorem deniq; carnis dominicæ occisionem potestas diaboli interior, qua nos tenebat occisa est. Factum est em̄ vt vincula multoꝝ p̄dōrum in multis spiritualibus mortibus soluerentur p̄ vnica corporalem mortem Christi; qui hm̄i morte sua potestates aereas expoliavit, fiducialiter triumphās eas in semetip̄o. Vnde Paulus

Matth. 4.

Cum essetis inquit mortui delictis & peccatis vestris, in quibus aliqui ambulatis se eundū seculum mundi huius, sc̄dm principem p̄tātis aeris huius spiritus qui nunc operat in filios diffidentia, in quibus & nos om̄es aliqui conuersati sumus in deſe r̄ns carnis nostræ, facientes voluntatem carnis & cogitationum, & eramus natura filij iræ sicut & ceteri. q. d. Nunc autem sumus liberati.

Ephe. 2.

III § Similiter diabolus videt ligatus, quādo suoꝝ membroꝝ, vt pote hominum pueros conatus coercentur p̄ bonos & iustos mundi rectores, prioribus quippe statibus in ecclesia plerūq; maior potestas fuit bonoꝝ q̄ maloꝝ hominū, quia hos princeps fuit ligatus, id est, sua & suoꝝ potestas cōstricta. Sic & in septimo ecclesiæ statu fiet. Ob hoc Iōnānes vidit angelū descendente de cœlo, habentem clauē abyssi, & apprehendit draconē serpentē antiquū, qui est diabolus & Sathanas, & ligauit eum p̄ annos mille, & misit eū in abyssum, & clausit, signauit q̄ sup illum, vt non seducat amplius gētes, donec cōpleant mille anni, hoc est, vsq; ad quintum statū, quia tūc oportet eū solui, Catena vero qua ligat, est diuina potestas angelis & iustis hoibus cōcessa, qua supprimunt diabolicā malitiā. Per abyssum autē ubi diabolus claudit, designat profunda & ampla multitudo reproboꝝ, qui nitunt confunderi iustitiā, sed nequeunt quādo per bonos coercentur.

Apo. 20.

V § Modo aut in quinto & sexto statibus potiores sunt atq; plures ip̄ij q̄ iusti rectores, tam ecclesiastici q̄ seculares, quonia diabolus iam censet esse solutus, quia magis quā olim nunc p̄mittit sæuire in innocentes & probos, quos etiā in medio huius vitæ cursu ad p̄petranda p̄ctā sæpe allicit, vt in die septies, im̄o frequenter centies cadat iustus; ideo dominus non solum septies, sed vsq; septuagesies septies peccati dimitti iubet.

J. c. 25. §. 12.

§. eo. §. 1.

Prouer. 24.

Marth. 18.

Lucæ. 17.

De pecc. dif.

3. septies.

Iob. 41.

Iob. 40.

§. cau. §. 6.

& J. ca. 44.

§. 6.

§. eo. §. 1. &

J. eo. §. 10.

Judi. 6.

Tobi. 3.

Matth. 13.

Marth. 16.

Lucæ. 8.

VI § Porro dæmones sunt humanæ naturæ hostes acerrimi, & astutissimi; quoꝝ violentiā & tyrānidē si nō refrenaret diuina bonitas, hoies funditus deperderent. Non est (vt ait Iob) sup terrā potestas quæ cōparet ei qui factus est, vt nullum timeret, ipse est rex sup vniuersos filios supbia. Attñ diabolici conatus frustra tur, nisi inquātum p̄miserit deus, qui extrahit Leuiathan homo, & fune ligat linguā eius. Ex diuina vero p̄missione, nequā dæmon hodie solutus, fraudulentē sæuit, nō apertis viribus ad p̄dendū corpora, sed astutis dolis ad seducendū aīas hominum, quos pro suis malis desiderijs adimplendis, ad diuitias, honores, rācores, fornicationes, ad aliaq; flagitia damnabiliter incendit.

VII § Nam & si specialia tpa demonstrant, quibus diabolus plus vel minus videat contra ecclesiā solutus, tñ in singulis septē statibus vitur quadā sibi p̄missa potestate. Malum em̄ fecerūt filij Israel in cōspectu dñi, qui tradidit illos in manu Madian septem annis, p̄ quos denotant septem statum & tpa ecclesiæ. Similiter filia Raguelis, id est, collectio puerosꝝ Christianoꝝ, tradita erat septem viris, quos dæmon Asmodæus occiderat, mox vt ingressi fuissent ad eam. Spiritus quippe immundus qui contra synagogā sæiuit, & per Christum est pulsus, in ecclesiam reuersus, assumit secum alios septem spiritus nequiores se. Quare Christus à peccatrice ecclesia eicit septem dæmonia.

§. c. 10. §. 2
§. c. 14. §. 11.
& J. ca. 25. §. 14.
J. eo. §. 12
J. c. 44. §. 6.
J. eo. §. 9
§. eo. §. 2
§. c. 11. §. 5.
& J. eo. §. 18
J. c. 66. §. 12.
§. c. 6. i. p̄r.
& J. eo. §. 18
in princ.
J. c. 40. §. 2
§. eo. §. 2. &
J. eo. §. 19. &
J. c. 43. §. 19.
§. c. 16. §. 4.
in fine. & J.
eo. §. 6
J. c. 29. i. p̄r.
§. c. 2. §. 10.
& J. cap. 18.
§. 11
§. c. 15. §. 33.
& J. eo. §. 25
in fine.
J. eo. §. 14
§. c. 14. §. 9
§. eo. §. 5
J. c. 43. §. 15

Ad intel

I. c. 51. §. 8

VIII § Ad intelligendum vero quomodo diabolus solutus cum malis immisionibus, vel impressionibus suis censetur nocere, considerari oportet, vniuersam influentiam esse triplicem, videlicet diuinam, naturalem, & diabolicam. Hæc est semper mala, sicut diuina semper bona esse comprobatur. Naturalis autem à deo quidem bene instituta, est tamen contingens: siquidem in ordine diuinitus ei indito perdurat, est bona: si peruertitur, erit mala. De primis duabus influentijs diuina scilicet & naturali inferius dicitur.

I. ca. 5. §. 4.

& I. c. 19. §. 1

I. c. 51. §. 9. &

§. 11. & 12. §.

I. c. 10. &

I. eo. §. 10. et

I. c. 12. §. 1 et

I. c. 52. §. 21

I. c. 46. §. 1

I. eo. §. 3

IX § Tertia autem influentia est, qua dæmones suam malitiam alijs incutiunt. Nam semper parati sunt dissipare, maculare, perdere, omni conatu à deo homines amouere, à quo illi primitus recesserunt, & ad hunc caliginosum aerem, infernasque sedes destinati sunt. Et quod princeps dæmonum per se immediate non potest, tentat per suos satellites perficere. Dæmon namque officio malignorum hominum, in carceribus alijs hominibus abutitur, non secus ac auceps, qui vt facilius tendere auiibus infidias queat alias eiusdem generis aues ob retia & laqueos occulte illigat, vt quæ solutæ sunt, illarum vocibus citatæ ad pabulum conuictumque descendentes, irretiuntur. Pari modo diabolus copulat sibi impiam familiam, & malum aucupium, quo laborat in documento esse ecclesiæ & eius membrorum præ destinatis, conaturque eam turbare, ac destruere, eiusque membra diuellere.

X § Hinc cœlestis Aquila vidit, quod serpens, id est, diabolus misit ex ore suo, id est, per suos satellites post mulierem, id est, post ecclesiam, aquam, tanquam flumem vt eam faceret trahi à flumine, hoc est, à tribulatione, inundanda. Sed terra, id est, humilis humanitas Christi absorbit flumen, liberando constantes Christianos à tribulationibus. Et iratus est draco in mulierem, & abijt facere prælium cum reliquis. scilicet Christianis debilibus de semine eius, qui custodiunt mandata dei, vt eos de contemplatione in carnalem affectionem seducat.

I. c. 16. §. 4

I. eo. §. 6. &

I. eo. §. 11. in

I. I. eo. §. 12.

et I. c. 31. §. 14

XI § Apparet itaque diabolus fuisse ligatum in statibus primitiue ecclesiæ quæ eo tunc per Iudæos & tyrannos atque hæreticos extrinsecus impugnata, potius fuit adauerta quam diminuta, quia à Christo, diabolus ligante, adiuta, & sic persecutores ad effectum suæ malitiæ non sunt permitti. Imò tunc ecclesiæ precibus diabolus impeditus, & quasi ligatus in Apocalypsi describitur: Nempè olim ecclesia in sanctis martyribus pro suis persecutoribus, alijsve debitoribus orauit, & exaudita est usque ad deo, quod magna pars eorum ad fidem conuersa, & quasi tota gentilitas cultrix veri dei effecta est. Causa exauditionis fuit, quia ecclesia in prioribus statibus habuit sana membra, & dütaxat in corpore persecutionem patiebat; hodie autem in spiritu pariter & corpore turbatur. Nam Christiani corporales patiuntur iniurias, ac spiritualiter in malitia seducunt. Ideo ecclesia in membris fere puerfa, suis precibus à deo non exaudit, tametsi quotidie oret: Dimitte nobis debita nostra sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Hæc oratio hodie parum prodest ecclesiæ aduersarijs, quibus ceu inimicis nihil debet ecclesia. Similiter orationes ecclesiæ suis pueris membris tanquam impoenitentibus, in his, quæ ad salutem pertinent, auxilio esse nequeunt. Vnde remoto pio impedimento (quod sedulis quondam orationibus interponebat) diabolus, omnibus quasi laqueis solutis, hodie grassari permittit, prout absque impedimento, ad suam solitam nequitiam conuersus, in secta Mahumetica, ceterisque hæresibus iam diu obtinet contra ecclesiasticam veritatem, prout hodie ipse Satanas per friuolas opiniones in ecclesia seditionem mouet. Per Turcas quoque nititur Christianos tribulare, capere, in varias anxietates mittere, eos emptioni & venditioni, tanquam mercipia exponendo, confusionibus, ærūnis, supplicijs, omnibusque miserijs affligendo, tentat dei cultum prorsus euacuare, & sic salutem humani generis impedire, utpote affectum spiritualem mutare in carnalem.

I. c. 12. I. pri.

& I. c. 46. §.

11. & I. c. 55.

§. 12.

I. c. 9. §. 4 et

I. c. 42. §. 7.

I. ca. 46. §. 7

I. c. 15. §. 19.

& I. ca. 35. §.

14.

I. ca. 12. §. 1.

& I. c. 36. §. 1

I. ca. 12. §. 7

& I. c. 62. §.

19.

I. c. 49. §. 10

I. eo. §. 10

I. eo. §. 10 et

I. eo. §. 20

I. eo. §. 1

I. eo. §. 9. et

I. eo. §. 15.

I. c. 51. §. 15

XII § Insuper diabolus non solum aduersus iustos (vt permittit) solutus est: sed etiam quoad puerfos licentior esse censet, eos ad maiorem puerfitatem & peccatorum perpetrationem crebrius alliciendo. Dæmonum nempè officium est, homines à salutis via ad culpas seducere. Eorum insuper fallacia illud curiofitas superstitiosorum, qui per artes magicas appetunt scire quod nulla ratione competit eis inuestigare, prout vetule quæ ob facinororum magnitudinem in iuræ maleficæ nuncupant, accitis dæmonibus, secreta

Apo. 12

Apo. 20

Matth. 6

Cat. Senen.

ca. 17

DE LIGATIONE ET SOLVTIONE DIABOLI.

C. de malefici. l. nemo. & l. multi. Tho. in de mal. ma. 16. ar. 7. vsq; ad finem

creta scrutantur, item elementa turbant, & dei permissione fulgura, seu alia violenta commouent. Hinc Augustinus, ait: Facile est spiritibus nequissimis per aera facere multa corpora quae homines mirentur.

XIII § Prout elapso anno dñi. 1517. in dominio Mediolano apparuerunt terribilia portenta, & monstra (vt fertur) exercitus varioꝝ armatoꝝ, equitum, & peditum, regum, & apparatusum regalium, quorum vestigia, s. bigay, & equoꝝ in pulueribus mansisse perhibent, vbi postquam visiones euauerunt, nil compertū est aliud, q̄ porcoꝝ grex. Vnde praesumit illa portenta vitio artis Nigromanticae à dæmonibus esse ostentata, & in vili gñe porcoꝝ stabilita. Nam quæ olim Christo permittente dæmones ab hoibus exeuntes abierunt in porcos. Eodem quoq; anno. 1517. apud Bergamū simile prodigiū asserit esse ostensum, omen inquit futuroꝝ malorum praesagiale, maxime formidabile si est credibile. Aiunt ingentes vbi militū turmas, aciesq; armatoꝝ apparuisse, ac tuba terribilem subitumq; rumorem auditum in armis, tanto strepitu, vt putasses infernalium esse torneamenta, post illa fascimenta similiter sues grunientes inuenti perhibent, ac vestigia hominum & quadrupedum curruumq; conspecta. Simile factū narrat Augustinus, scribens: In quadā Campaniæ lata planicie dæmones inter se pugnare visi, & prius ingentes fragores audiri sunt, moxq; per aliquot dies duas acies inter se praehiantes, quæ pugna vbi deficit, vestigia quæ dā velut hominū & equoꝝ inuenta sunt. Non multo post ciuiliū ibidem acies nephario prelio confluerūt. Pari modo circa Mediolanū & Bergamū futurus conflictus iu suspitione est, prout similiter tempore Machabæoꝝ contigit in destructione Hierosolymæ.

XIII § Ex quadā itaq; pestifera societate quā homines cōtrahunt cū malignis spiritibus, multa causant in terris. Vbi dæmones potatem habēt, & suā influentiā ideo exercere possunt, vt peruersos homines sibi coaptent, & seducāt qui spernunt veritatem, & credunt mendacio. Hinc Apostolus: An ignoratis altitudinē satanæ, qui transfiguratur se in angelum lucis: habet equidem spiritualem virtutem, eam tamen in malum peruertit. Sed potestatem operandi, seu influendi ad plenum non habet, nisi in quantum à deo permittitur.

XV § Vnde Augustinus alibi inquit: Non est putandum, q̄ istis transgressoribus angelis ad nutum seruiunt elementa, sed potius deo qui eis hanc dat potestatem. Sicut damnatis ad metallum concedit vsus aquæ, ignis, & terræ, quātum finitur. Sicut dæmones habent vsus aeris, in quātum deus finit. Qui ad Satan dixit. s. limitādo: Ecce vniuersa, quæ habet Iob, in manu tua sunt, tātum in eum non extēdas manūm. Inde constat, quāuis diabolus continuo habeat iniustam nocendi voluntatē, eā tamen exercere non valet, nisi iuste à deo permissam, siue ad peccatam malorum, siue ad exercitium bonoꝝ. Ideo ad Satā rursus ait dñs: Tu commouisti me aduersus Iob, vt affligerem eum frustra. De malignis deniq; spiritibus scriptum ē hoc: Et non valuerūt, neq; locus inuētus est eoꝝ amplius in caelo, sed proiectus est draco ille magnus, qui seducit vniuersum orbem, & proiectus est in terram, & angeli eius cum illo missi sunt.

XVI § Multa tamen dæmones possunt scire vi naturæ, hoc est, ex naturæ influentia seu impressione. Natura enim hominibus sunt superiores, & intellectus perspicaciores: quocirca aliquando etiam veritatem respondent, aut per suos falsos prophetas futura reuelāt. Nā licet iusti prophetæ ex spiritu sancto nunq; falsum, tñ falsi prophetæ ex spiritu maligno interdū veræ pronosticāt. Sic Sibylle de Christi mysterijs, de futuris euētibus, alijsve occultis vera nonnulla promulgauerūt tamen si alias eaz; dicta frequenter velut deliramenta esse iudicentur.

XVII § Nunc autem diabolus cū suis immissionibus conat, aut vera aut falsa exprimendo, immaniter disturbare & peruertere ecclesiam quia solutus. Olim quippe diabolus fuit ligatus mille annis, vtpote à tempore primi status ecclesiæ, vsq; ad statum quintum. Istud millenarij tempus censet esse dies hesternæ, id est, præterita. Huius millenarij quo diabolus fuit ligatus, duplicem intelligentiā præbet Augustinus. Vno modo q̄ mille anni sumunt synodotice pro parte sexti millenarij, in cuius initio vixit Augustinus: nunc autē quasi ad eius calcem deuenimus, & quod

4. de tri. in
s. co. § 3

J. c. 62. §. 16.
J. c. 28. §. 4.
in fi. & J. ca.
39. §. 2

Matth. 8

2. de ciui. dei
25.

2. Cor. 11
26. q. 5. nec
mirum

3. de tri. 8
Tho. 1. par.
q. 19. arti. 10.
& art. 20
ff. de pœ. l.
aut dānum.
Iob. 1.

Apo. 12

Tho. 1. par.
q. 14. ar. 1. &
2. dif. 7. q. 2.
ar. 1. & in de
mal. ma. 16.
art. 6

Tho. in de
mal. vbi sta
tim. ad pri.
Apo. 20.

20. de ciuita.
dei. 7.

s. in pl. §. 1
J. c. 58. §. 9

s. c. 15. §. 45
& J. c. 18. §.
15.
s. ca. 5. §. 4.
& J. c. 10. §. 16
s. co. §. 1

J. c. 40. §. 56

s. co. §. 12

s. co. §. 14.
& J. c. 51. §. 15
J. c. 52. §. 10.
J. c. 51. §. 15
s. c. 4. §. 11.
& J. c. 29. §. 7
s. c. 3. §. 9 &

J. c. 65. i. pri.
J. c. 21. §. 3
J. c. 60. §. 6.
J. c. 50. §. 4
J. c. 62. §. 4
s. c. 9. §. 7
s. ca. 8. in fi.
quod

§.ca.8. in fi. quod post huiusmodi sextum millenarium, quasi post sextū diem, sequeretur sabbatum requiei sempiternæ. Opinatus est em̄ ipse Augustinus, q̄ mundus post natiuitatem Christi mille dumtaxat annis esset duraturus secundum numerum senarium dierum primordialium operæ, & q̄ vltimæ tentationes & seculi consummatio euenirent in fine sexti millenarij. Ad hunc igitur vltimū millenarium adaptauit ligationē & solutionem Satanæ. Sed hæc opinio cassa est propter præteritionē sexti millenarij, mundo adhuc stante. Quæ quidē opinio etiam in mente Augustini dubia fuit, ideo statim dat alium generalem intellectū, dicens: Aut certe mille annos pro omnibus annis huius seculi posuit Euangelista, vt profecto numero notaretur temporis plenitudo. Mille igitur pro vniuersitate ponitur.

Gene. 1.

XVIII § In illo itaq; millenario, hoc est per totū interuallum primorum quatuor statuum ecclesiæ, quod significatur numero mille annoꝝ, videlicet a natiuitate Christi vsq; ad annū millesimū, quo incepit status ecclesiæ quintus. Tunc secundū Augustinū (vt iam dictū est) diabolus fuit ligatus, & sancti homines regnauerūt cum Christo in ecclesia, quæ vocatur regnū dei. Christiani vero peruersi eo tempore fuerūt in ecclesia suppressi, seu ab ea expulsi. Scriptū est em̄: Mitteret filius hominis angelos suos, id est iustos rectores, & colligent de regno eius, id est de ecclesia militante, omnia scandala, scilicet reprobos. Hoc euangelicū responsum verificatum est in transactis quatuor statibus ecclesiæ, donec mille anni sunt completi, post quos, vtpote in præsentī quinto statu, scandalizantur multi, & inuicem tradunt, & odio habēt inuicē. Verificabitur insuper in futuro septimo ecclesiæ statu, quando iusti rursus dominabuntur reprobis.

Apo. 20
Alia expō.
20. de ciuit.
dei. 9
Mat. 13
Matt. 24

XIX § Vbertinus ponit, diabolū fuisse ligatū mille annis, intelligi a tempore primi ecclesiæ status vsq; ad statum quintū, id est, vsq; ad Romani imperij translationem ad Alemanos, quando Gregorius quintus nouam sanctionem fecit de imperatore eligendo. Cuius successor Syluester secundus per simoniam & magicam artem pontificatus est consecutus, tunc enī pusilla ecclesia, quæ in Christū crediderat, incepit petere scādala. Inde vltiora scādala nō euenite fuit impossibile. Væ autem mundo & ecclesiæ a scandalis, sed maius væ illis, per quos scandala fiunt. Deinde aduersus & in ecclesiam infinita emerferunt scandala, pro ut adhuc continua emergunt vsq; in tempus præsens. Siquidem reprobi prævalent iam bonis, iniqui dominantur iustis, omnibusq; in mundo cessat iustitia, quoniam vnusquisq; quærit quæ sua sunt, non quæ Iesu Christi, vel proximi. Et beatus est, quicumq; non fuerit scandalizatus in Christo.

Vbertinus
De ele. c. ve
nerabilē ibi.
in glo. Di. 23
c. 1. & ibi. gl.
in ver. adeo
Mat. 18
Luc 17
§. c. 16 § 4 &
§. ca. 14. §. 9
Phil. 2
Mat. 11.
Luc. 7

XX § Ecce vltra quingentos annos vsq; modo ex diuina permissione solutus est Satanas, qui suas malas immisiones non solum in aduersarios ecclesie, id est in infideles, sed etiam in ipsius ecclesiæ membra, id est in Christianos reprobos effundit, operādo in eis fallacias, & nouas, ac inusitatas machinationes, & oppressiones. Idcirco iam cum hoste, id est diabolo soluto confligendum est, repugnātibus vitijs. Quæ nunc exuperant vsque adeo, vt cum Christo in ecclesia non electi, sed impij modo regnent, qui sequuntur bestiam, id est diabolū, & carnalitem deo contrariam, & qui veluti fidē profiteantur, quasiq; fideliter viuāt, fingunt se esse quod non sunt, vocanturq; nō re, sed solo nomine Christiani, sunt zizanias, quæ de regno Christi, i. de ecclesia, non in præsentī seculo (sicut in prioribus statibus factum est) sed in futuro colligentur, & ab ecclesia triumphante, seperabuntur, ac in ignem æternum mittentur.

Mat. 13

XXI § Finito vero quinto statu, diabolus iterum ligabitur, & ecclesia modo dico tempore tranquillitatem habebit, & rursus diabolus soluetur. De quo in Iob dicitur: Quis dimisit onagram liberum, & vincula eius quis soluit? Sed in tertio mundi, vtpote in septimo ecclesiæ statu, totus Belial perpetuo erit ligatus, quod denotatur per mille annos. Nisi in quantum illud pacis tempus per Gog interruptetur.

Iob. 39

XXII § Quod autem hoc tempore, & in presentibus quinto & sexto statibus diabolus sit solutus, vt in ecclesiam, inq; totum mundum malas immisiones,

F & tri-

DE LIGATIONE ET SOLVTIONE &c.

- Daniel, 12 & tribulationes mittat, videtur deprehendi & exprimi in Daniele: qui audiens narrari tribulationes synagogæ, ante aduentum Christi infligendas voluit ab angelo certior fieri an huiusmodi tribulationes similiter euenturæ essent in nouo testamento, siquidem in synagoga veteris testamenti fuit figurata ecclesiæ, & noui testamenti, & sic synagogæ aduersitates figurabāt futuras ecclesiæ calamitates. Angelus igitur Danieli respondit: A tempore cum ablatum fuerit iuge sacrificiū & postea fuerit abominatio in desolationem dies 1290. Beatus qui expectat & puenit vsq; ad dies 1335. Tu autem Daniel vade ad præfinitum tempus, & stabis in sorte tua in fine dierum. Dies etenim accipitur pro anno. A quo autem computetur ablatio iugis sacrificij, penitus ignoro. Sed reuelatio Danielis verissima est atq; certa, quia Christus discipulos, de futuris aduersitatibus, & de consumatione seculi interrogantes, ad Danielem remisit dicens: Cum videritis abominationē desolationis quæ dicta est à Daniele.
- XXIII § Quando vero hoc magnæ & proximæ calamitatis tempus præcise futurum sit, soli deo cognitum est, qui semper aliquid de futurorum cognitione sibi reseruat. Diem nempe reliquumq; tempus, quo diabolus solutus vel iterum ligandus extiterit, pater in sua p̄suit potestate. Nam de die illo, vel hora nemo scit nisi pater, cuius iudicia abyssus multa. Licet signa futurorū ex naturalibus occasionibus vel p̄sumptionibus aliquādo p̄ homines conijciātur.
- XXIII § Hinc notat Vbertinus, quod prædicta propinqua tribulatio super ecclesiam veniet absq; præambulis signis. Ante magnū quidem Antichristū, pariter & ante extremum iudicium signa erunt atq; prodigia in sole, luna & stellis: Proxime vero futuræ tribulationis dies veniet sicut fur in nocte: Tametsi de eadem propinqua calamitate videatur deus per angelum Esdræ dare aliqua signa præcedentia dicens: Ecce dies veniunt, & erit quando appropinquare incipiā ab eis qui iniuste nocuerunt in iustitia sua, & quando suppleta fuerit humilitas Sion, id est ecclesiæ, & cum supersignabitur seculum quod incipiet pertransire. Hæc signa faciam: Libri aperientur ante faciem firmamēti, & tuba canet cū sono. Quam cum omnes audierint, subito expauescent. Et erit in illo tempore, debellabunt amici amicos, vt inimici, & expauescet terra cū his: & venæ fontium stabunt, & non decurrent in horis tribus.
- XXV § Ex hac Esdræ prophetia multa iam signa propinquæ calamitatis apparent ecclesiæ. Nam libri aperientur ante faciem firmamenti, quia secundum aliquos, ex influentijs insolitis & acribus imminet nobis horrenda fulgura, tonitrua, alia ve aduersa, quibus auditis homines expauescēt. Præterea Thelosphorus refert quosdam theologos ex spiritu dei dudum prænūtiasse, quod anno domini millesimo quingentesimo decimo quinto, Alemanni, Franci, Hispani & Itali, in magnis erunt bellis. Similiter infideles mutua inter se ac etiam contra fideles acra mouebunt bella. Vtrūq; verificatum esse constat. Quoniam iniqua enim & immania inter amicos, id est, Christianos bella retroactis temporibus gesta sunt & vsq; modo geruntur, odio inueterato firmata, latet neminem. Nam quasi oēs principes Christianitatis adinuicem bellarūt, adhuc quoq; inter se aduersantur cum multa Christiani sanguinis effusione. Pariter lites feruntur esse inter infideles, vt pote Turcam, Soldanum, Persam, aliosq;. Fontium præterea exiccatio p̄ nonnulla tempora superiora extitit: vt Esdræ prophetia quodammodo adimpleta videatur, in tribus horis, id est præteritis quibusdam annis venas fontium non decurrisse. Cætera deniq; signa per Esdræ ostensa prope verificata videntur vsq; adeo quod iam calamitas nobis propinqua, quasi stet in ianuis. Ideo apostolus hortatur nos, vt resipiscamus à diaboli laqueis, à quo captiui tenemur ad eius voluntatem. Siquidem diabolus, diuinæ vindictæ executor, iam solutus est, quasi leo à cauea, ascendens de cubili suo, ac succinctus malignitate suæ potētia, paratus ad prædam, nec accubabit donec deuoret prædam. Et quis poterit huius licetoris tyrannidē sustinere? Ergo vigilate quia diabolus tanq; leo rugiens circumquirit quem deuoret.
- XXVI § Sed pericula nostra nō curamus, neq; quicquam nobis provideamus, quæ

§.c.14. §.12
& j.c.31. §.9
j.c.62. §.15
§.c.14. §.4
& j.c.62. §.13
§.c.1. §.1
j.c.54. §.6
§.ca.4. §.13
& j. ca.29.
§.4
§.in plo. §.
1. & j.c.52. §.
21.
§.ca.4. §.5.
& j.co. §.24
§.i plo. §.6
& j.c.3. §.8.
j.c.63. §.4.
§.c.14. §.13.
& j.c.29. §.5
§.cod. §.23.
& j.co. §.25
j.c.62. §.14.
j.c.32. §.15
j.c.28. §.9
j.c.52. §.1
j.c.34. §.5
§.cod. §.24
& j.c.26. §.6
§.c.15. §.25
& j.c.30. §.1
j.c.31. §.14
§.eo. in pr.
& j.co. in fi.
§.eo. §.6. &
j.c.19. §.4

J.c.27. i. pri.
& J.c.31. §.6
S.c.15. §.26
S.c.15. §.8 &
J.c.29. in fi.
J.cap.18. §.1.
J.cap.18. §.5
S.eod. §.25
& J.c.27 §.12

mus, quia diabolus, qui iam (vt præmittitur) solutus est, & nos captiuos tenet, ob innumera flagitia nostra ex dei permissione abstulit nobis sanum intellectum, vt nesciamus quantum deum offendimus, & in qualibus periculis consistimus. Angelus certe bonus in nos effudit phialam, id est plagam, vt pote auisionem peccatorum ob nostram culpam inculcandam. Qua quidem culpa excæcati sumus vsque adeo vt neq; nostra peccata ponderemus, neq; ab ea nobis paratam ceruamus penam. Quam (prohdolor) permittente, imò iubente diuina iustitia, malignus spūs prope diem executioni mandabit in nos cæcitatem, malitiq; perculos. Quocirca primum referam aliqua de hominum cæcitate in genere, Deinde de culpa cleri, postea de culpa populi, tandem de futura plaga vtriusq;.

Apo. 16

De hominum cæcitate. Cap. XVIII.

A Vdi quid cœlestis aquila prædixit de hominū cæcitate in cauda præsentis quinti status inualescente: Et quintus angelus effudit phialam sũũ. i. plagam ignorantie, super sedē bestie, i. super multitudinem peruersæ Christianitatis. Nam ista angeli effusio est nostri excæcatio qua deus nos continue percutit. Et factum est regnum eiusdem bestie tenebrosum. Per regnam denotatur ecclesia militans, quæ modo est spelunca latronum, & constituitur ex quinque virginibus fatuis, quæ acceptis lampadibus fidei, non sumpserunt secum oleum boni operis, ideo earum lampades extinguuntur, ex quarum fide nõ lucet lux cœlestis, Fides em sine operibus mortua est. Opera vero sunt inania sine fide, quæ est pupilla oculi spiritualis. Et si oculus tuus fuerit nequam, etiam corpus tuum tenebrosum erit. Ista tenebrositas, id est ignorantia propriæ conditionis, seu cæcitas rationis, est vniciq; sui mali occasio, ideo plurimum expedit habere lumen fidei, ac rationis.

Apoc. 16

S.c.5. §.7 &
J.c.27. §.12.
in fi. & J.ca.
45. in princ.
J.ca.23. §.12.
S.c.15. §.43.
J.ca.27. §.13
J.ca.60. §.4
J.ca.27. §.13
J.ca.28. §.4
S.c.7. §.9 &
J.eod. §.15.
S.c.17. in fi.
& J.eod. §.6
J.ca.25. §.12
S.c.15. §.39
& J.eod. §.5
J.ca.44. §.8
S.c.17. §.19
& J.eo. §.14
& J.c.25 §.10
S.c.5. §.5
J.eo. §.5. &
J.ca.25. §.1.
J.ca.34. §.6.
J.eo. §.5

I § Hinc inebriati dicuntur qui inhabitant terram de vino prostitutionis eius. Sicut em ebrii sunt obtusi, ita qui terrenis inhaerent, excæcantur, vt nec deũ diligant, nec homines reuereantur, nec pœnas timeant, excæcavit em illos malitia eorũ. Hi quoq; (inquit Esaias) præ vino nescierunt, & præ ebrietate errauerunt, absorpti sunt à vino, errauerunt in ebrietate, nescierunt videntē deũ, & ignoraerunt iudiciũ. Opertũ est em euangeliũ in his qui pereunt, in quibus deus huius seculi excæcavit mentes infidelium, vt nõ fulgeat illuminatio euangelij gloriæ Christi, quia propria quærunt gloriã. Nam etsi cognouerint deũ, tamen nõ sicut deum glorificant, aut gratias agunt, sed euanescent in cogitationibus suis, & obscuratũ est inspiens cor eorum, dicentes em se esse sapientes, stulti facti sunt.

Th. 12. q. 1. 9
art. 3. 4. & 1.
di. 4. 1. q. 4. ar.
ti. 2. Mat. 21.
Mar. u. lu. 19
Matt. 25
Iacobi. 2
Luc. 11
Car. Se. c. 98

II § De quibus in Sophonia scriptũ est: Tribulabo homines & ambulabunt vt cæci, quia domino peccauerunt. Et in Daniele: Impij agent impie, id est intelligunt omnes impij. Et saluator vitari præcipit, dicens: Sinite illos, cæci sunt & duces cæcorum. Et alibi: Ambulate dum lucem habetis, vt non vos tenebræ comprehendant. Cum autem Iesus tanta signa fecisset coram eis, non credebant in eum, vt sermo Esaiæ impletur quem dixit: Domine quis credidit auditui nostro? Et brachium domini cui reuelatum est? Propterea non poterant credere, quia iterum dixit Esaias: Excæcavit oculos eorum & indurauit cor eorum vt nõ videant oculis, & non intelligant corde, & conuertantur & sanem eos.

Apo. 17
Esaiæ. 28
Sap. 2
2. Cor. 4
Roma. 1.
Sopho. 1.
Danie. 12
Mat. 15
Iohan. 12
Esaiæ. 53
Esaiæ. 6.

III § Contra eosdem inuehit propheta his verbis: Obscurentur oculi eorum, ne videant, & dorsum eorum semper incurua. Aduesperante enim die, vt pote in fine præsentis status ecclesie quinti, homines gradiuntur in obscuro in notis tenebris & caligine. Iam equidẽ venit illa nox, de qua idem saluator ait: Venit nox quando nemo potest operari, in iudicium ego in hunc mundum veni, vt qui non vident, videant: & qui vident, cæci fiant. Postquam enim dixit eis: Ego sum, abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram, i. in terrenorum cupiditatem. Filius namq; hominis veniens, non inuenit fidem in terra.

Psal. 68
Pro. 7
Iohan. 9
Ioh. 18
Luc. 18
S.c. 7. §. 9
& J.c. 66 §. 4
J.ca. 52. §. 4.
S.c. 3. §. 8
& J.c. 20 §. 4

S.c. 4. i. pri.
& S.c. 14 §. 15
S.c. 15. §. 27
& J.c. 55. §. 6
S.c. 7. §. 6.
& J.c. 19. §. 5
Augul. 4. de
tri. in proce.
J.ca. 26. §. 5.

III § Quippe hominũ genus magni æstimare solet scientiam terrestriũ & cœlestiũ, vias syderũ, ac mũdi mœnia scrutãdo, nostrãq; imbecillitatẽ minime attendẽdo. Ignoramus aut scientiam & viã qua ingredit ad salutẽ, vt pote nosse nosmetipsos. Et nihil ex charitate addiscimus, qua doctrina corã nobismetipsis vilescit